

# LIBER GENESIS 3,1-24 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,  
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam  
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

**Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)**

**Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Verdeutschung von M. Buber**

**gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Copyright by Hans Dieter Peltzer**

1 Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terrae,

quae fecerat Dominus Deus.

*Et serpens erat callidior omni bestia agri quam fecerat Dominus Deus.*

Serpens autem erat sapientior omnium bestiarum quae erant super terram

quas fecerat dominus deus.

(H) Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terrae

quae fecerat dominus deus.

**Et serpens erat callidior cunctis animantibus agri,**

**quae fecerat Dominus Deus.**

**Die Schlange aber war listig vor allen Tieren des Feldes,**

**die ER, Gott, gemacht hatte.**

**Die Schlange war listiger als alles Lebendige des Feldes, das ER, Gott,**

**gemacht hatte.**

Qui dixit ad mulierem: Cur praecepit vobis Deus, ut non comederetis

de omni ligno paradisi?

*Et dixit ad mulierem: Etiam quod dixit Deus, non comedetis*

*ex omni arbore horti?*

Et dixit serpens ad mulierem quare dixit deus ne edatis ab omni ligno quod

est in paradiso.

(H) qui dixit ad mulierem cur praecepit vobis deus, ut non comederetis

de omni ligno paradisi.

**Qui dixit ad mulierem: „Verene praecepit vobis Deus, ut non**

**comederetis de omni ligno paradisi?“**

**Und sie sprach zum Weibe: „Wie, Gott hat gesagt, ihr sollt nicht**

**von allen Bäumen des Gartens essen?“**

**Sie sprach zum Weib: Obschon Gott sprach: Esst nicht von allen**

**Bäumen des Gartens ...!**

2 Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quae sunt in paradiso, vescimur.

*Et dixit mulier ad serpentem: De fructu arboris horti vescemur.*

Et dixit mulier ad serpentem ex omni ligno quod est in paradiso edemus.

(H) cui respondit mulier de fructu lignorum quae sunt in paradiso vescemur.

**Cui respondit mulier: „De fructu lignorum, quae sunt in paradiso, vescimur.“**

**Sprach das Weib zur Schlange: Von der Frucht der Bäume des Gartens mögen wir essen.**

**Das Weib sprach zur Schlange: Von der Frucht der Bäume im Garten mögen wir essen.**

3 De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, praecepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

*Et de fructu arboris quae in medio horti, dixit Deus: Non comedetis ex ea, & non tangetis in eam, ne forte moriamini.*

A fructu autem ligni quod est in medio paradiso dixit deus ne edamus sed neque tangamus ne moriamur.

(H) de fructu vero ligni quod est in medio paradisi praecepit nobis deus ne comederemus et ne tangeremus illud ne forte moriamur.

**De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, praecepit nobis Deus, ne comederemus et ne tangeremus illud, ne moriamur.“**

**Aber von der Frucht des Baumes, der in der Mitte des Gartens ist, da hat Gott gesagt, ihr sollt nicht davon essen und nicht daran rühren, damit ihr nicht sterbet.**

**Aber von der Frucht des Baums, der mitten im Garten ist, hat Gott gesprochen: Esst nicht davon und rührt nicht daran, sonst müsst ihr sterben.**

4 Et dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.

*Et dixit serpens ad mulierem: Non moriendo moriemini.*

Et dixit serpens mulieri non morte moriemini.

(H) dixit autem serpens ad mulierem nequaquam morte moriemini.

**Dixit autem serpens ad mulierem: „Nequaquam morte moriemini!“**

**Sprach die Schlange zum Weibe: Sterben, sterben? O nein!**

**Die Schlange sprach zum Weib: Sterben, sterben werdet ihr nicht.**

5 Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo,

aperientur oculi vestri: & eritis sicut dii, scientes bonum & malum.

*Quoniam sciens Deus quod in die comedere vos ex ea,*

*aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum.*

Sciebat enim deus quoniam qua die ederitis ex illo aperientur

oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum.

(H) Scit enim deus quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur

oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum.

**Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur**

**oculi vestri, et eritis sicut Deus scientes bonum et malum.“**

**Sondern Gott weiß, daß am Tage, da ihr davon esset, eure Augen geöffnet**

**werden und ihr sein werdet wie Gott, erkennend Gutes und Böses.**

**Sondern Gott ist bekannt, dass am Tag, da ihr davon esset, eure Augen sich klären, und ihr werdet wie Gott, erkennend Gut und Böse.**

6 Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit.

*Et vidit mulier, quod bona arbor ad cibum, et (?) quod desiderium ipsa oculis, & concupiscibilis arbor ad intelligendum: & cepit de fructu eius, & comedit: & dedit etiam viro suo secum, et comedit.*

Et vidit mulier quia bonum est lignum

(C) in escam et quia bonum est oculis ad videndum et cognoscendum et sumpsit fructum de ligno illo et manducavit et dedit viro suo et accepit Adam et manducavit.

(I) ad manducandum et quia gratum oculis ad videndum et speciosum est ad intuendum et accipiens de fructu eius manducavit et dedit viro suo secum et manducaverunt.

(H) Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum aspectuque delectabile et tulit de fructu illius et comedit deditque viro suo qui comedit.

**Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum et pulchrum oculis et desiderabile esset lignum ad intellegendum; et tulit de fructu illius et comedit deditque etiam viro suo secum, qui comedit.**

**Und das Weib sah, daß gut der Baum als Speise und daß er ein**

**Verlangen für das Auge und daß begehrenswert der Baum zum Betrachten. Da nahm sie von seiner Frucht und aß und gab auch ihrem Manne bei ihr, und er aß.**

**Das Weib sah, dass der Baum gut war zum Essen und dass er eine Wollust den Augen war und anreizend der Baum, zu begreifen. Da nahm sie von seiner Frucht und aß und gab auch ihrem Mann bei ihr, und er aß.**

7 Et aperti sunt oculi amborum: cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.

*Et aperti sunt oculi amborum ipsorum, & cognoverunt quod nudi ipsi; & consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi cingulos.*

(C) Et aperti sunt oculi eorum et tunc scierunt quia nudi erant et suerunt sibi

(I) Et aperti sunt oculi eorum et cognoverunt quod nudi essent et consuerunt

(H) amborum cumque cognovissent esse se nudos consuerunt folia fici et fecerunt sibi tegimenta.

(H) folia ficus et fecerunt sibi perizomata.

**Et aperti sunt oculi amborum. Cumque cognovissent esse nudos, consuerunt folia ficus et fecerunt sibi perizomata.**

**Da wurden die Augen beider geöffnet, und sie erkannten, daß sie nackend seien, und sie nähten Blätter des Feigenbaumes zusammen und machten sich Gürtel.**

**Die Augen klärten sich ihnen beiden, und sie erkannten, dass sie nackt waren. Sie flochten Feigenlaub und machten sich Schurze.**

8 Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & uxor eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi.

*Et audiverunt vocem Domini Dei ambulantis in horto ad auram diei:  
& abscondit se homo, & uxor eius a facie Domini Dei,  
in medio arboris horti.*

Et audierunt vocem domini deambulantis in paradiso ad vesperam  
et absconderunt se Adam et mulier eius

(H) Et cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram  
post meridiem abscondit se Adam et uxor eius

(C) abante faciem domini dei ad illam arborem quae erat in medio paradiso

(I) a facie domini in medio ligni paradisi

(H) a facie domini dei in medio ligni paradisi.

**Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam et uxor eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi.**

**Da hörten sie SEINE, Gottes Stimme, die im Garten daherging beim Wehen des Tages. Und es suchten sich zu verstecken, Adam und sein Weib, vor IHM, Gott, inmitten der Bäume des Gartens.**

**Sie hörten SEINEN Schall, Gottes, der sich beim Tageswind im Garten erging. Es versteckte sich der Mensch und sein Weib vor SEINEM, Gottes, Antlitz mitten unter den Bäumen des Gartens.**

9 Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es?

*Et vocavit Dominus Deus hominem: Et dixit ei: Ubi tu?*

Et vocavit dominus deus Adam et dixit illi Adam ubi es.

(H) Vocavitque dominus deus Adam et dixit ei ubi es.

**Vocavitque Dominus Deus Adam et dixit ei: „Ubi es?“**

**Da rief ER, Gott, dem Menschen zu und sprach zu ihm: Wo bist du?**

**ER, Gott, rief den Menschen an und sprach zu ihm: Wo bist du?**

10 Qui ait: Vocem tuam audivi in paradiso: & timui eo quod nudus essem,  
& abscondi me.

*Et ait: Vocem tuam audivi in horto, & timui, quia nudus ego,  
& abscondi me.*

(C) Et dixit illi vocem tuam audivi domine in paradiso et timui  
et abscondi me quia nudus sum

(I) quoniam nudus sum et abscondi me

(H) qui ait vocem tuam audivi in paradiso et timui eo quod nudus essem  
et abscondi me.

**Qui ait: „Vocem tuam audivi in paradiso et timui eo quod nudus essem  
et abscondi me.“**

**Antwortete er: Deine Stimme hörte ich im Garten und hatte Scheu, denn  
ich bin nackend und verbarg mich.**

**Er sprach: Deinen Schall habe ich im Garten gehört und fürchtete mich,  
weil ich nackt bin, und ich versteckte mich.**

11 Cui dixit: Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti?

*Et dixit, quis indicavit tibi quod nudus tu?(?) Nonne ex arbore quam praecepi tibi ad non comedendum ex ei, comedisti?*

(C) Et dixit dominus deus quis nuntiavit tibi quia nudus es nisi quia ab illa arbore de qua dixeram tibi ex illa sola non manducare ex illa edisti

(I) Et dixit illi deus quis tibi indicavit quia nudus es nisi de ligno de quo praeceperam tibi de hoc solo ne manducares ex eo manducasti.

(H) Cui dixit quis enim indicavit tibi quod nudus esses nisi quod ex ligno de quo tibi praeceperam ne comederes comedisti.

**Cui dixit: „Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod est ligno, de quo tibi praeceperam, ne comederes, comedisti?“**

**Zu diesem sprach Er: Wer hat dir kundgetan, daß du nackend seiest?**

**Hast du von dem Baume, von dem zu essen ich dir verboten habe, gegessen?**

**ER sprach: Wer hat dir gemeldet, dass du nackt bist? Hast du vom Baum, von dem nicht zu essen ich dir gebot, gegessen?**

12 Dixitque Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.

*Et ait homo, mulier quam dedisti mecum, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi.*

(C) Et dixit Adam mulier quam dedisti mihi dedit ut ederem et edi

(I) Et dixit Adam mulier quam dedisti ipsa mihi dedit de ligno et manducavi

(H) Dixitque Adam mulier quam dedisti sociam mihi dedit mihi de ligno et comedi.

**Dixitque Adam: „Mulier, quam dedisti sociam mihi, ipsa dedit mihi de ligno, et comedi.“**

**Sprach Adam: Das Weib, das du mir beigegeben hast, sie gab mir von dem Baum, und ich aß.**

**Der Mensch sprach: Das Weib, das du mir beigegeben hast, sie gab mir von dem Baum, und ich aß.**

13 Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quae respondit:

Serpens decepit me, & comedi.

*Et dixit Dominus Deus mulieri: Quid hoc fecisti? Et ait mulier:*

*Serpens seduxit me, & comedi.*

Et dixit deus mulieri quid hoc fecisti et dixit mulier serpens seduxit me et manducavi.

(H) Et dixit dominus deus ad mulierem quare hoc fecisti quae respondit serpens decepit me et comedi.

**Et dixit Dominus Deus ad mulierem: „Quid hoc fecisti?“ Quae respondit: „Serpens decepit me, et comedi.“**

**Da sprach ER, Gott, zu dem Weibe: Was hast du da getan? Sprach das Weib: Die Schlange hat mich betört, und ich aß.**

**ER, Gott, sprach zum Weib: Was hast du da getan! Das Weib sprach: Die Schlange verlockte mich, und ich aß.**

14 Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terrae: Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitae tuae.

*Et dixit Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus tu prae omni animali, & prae omni bestia agri. Super ventre tua gradieris, & pulvere comedes omnibus diebus vitae tuae.*

(K) Tunc dixit deus ad serpentem quia tu hoc fecisti maledictus tu ab omni pecore et ab omni genere bestiarum terrae pectore tuo et ventre repes et erit tibi terra cibus in omnibus diebus vitae tuae.

(E) Et dixit dominus deus serpenti quia fecisti hoc maledictus tu ab omnibus pecoribus et ab omnibus bestiis quae sunt super terram super pectus tuum et ventrem tuum ambulabis et terram edes omnibus diebus vitae tuae.

(H) Et ait dominus deus ad serpentem quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animantia et bestias terrae super pectus tuum gradieris et terram comedes cunctis diebus vitae tuae.

**Et ait Dominus Deus ad serpentem: „Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia pecora et omnes bestias agri! Super pectus tuum gradieris et pulverem comedes cunctis diebus vitae tuae.”**

**Da sprach ER, Gott, zur Schlange: „Weil du solches getan hast, verflucht seist du aus allem Vieh und aus allem Wild des Feldes, auf dem Bauche kriechest du und Staub issest du, alle Tage deines Lebens!“**

**ER, Gott, sprach zur Schlange: Weil du das getan hast, sei verflucht vor allem Getier und vor allem Lebendigen des Feldes, auf deinem Bauch sollst du gehn, und Staub sollst du fressen alle Tage deines Lebens.**

15 Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius:

Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

*Et inimicitiam ponam inter te & inter mulierem & inter semen tuum*

*& inter semen eius: ipsum conteret tibi caput, & tu conteres ei calcaneo.*

(K) Et ponam inimicitiam

(E) Et inimicitias ponam

inter te et mulierem et inter semen tuum et semen eius ipse tuum calcabit

caput et tu observabis calcaneum eius.

(H) inter te et mulierem et semen tuum et semen illius ipse conteret caput

tuum et tu insidiaberis calcaneo eius.

**“Inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius, ipsum conteret caput tuum, et tu conteres calcaneum eius.”**

**“Und Verfeindung setze ich zwischen dir und zwischen dem Weibe und zwischen deinem Samen und ihrem Samen. Er wird dir nach dem Haupte trachten und du wirst ihm nach der Ferse trachten.“**

**Feindschaft stelle ich zwischen dich und das Weib, zwischen deinen Samen und ihren Samen, er stößt dich auf das Haupt, du stößest ihm in die Ferse.**

16 Mulieri quoque dixit: Multiplicabo aerumnas tuas, & conceptus tuos:

in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

*Ad mulierem dixit, multiplicando multiplicabo dolore tuum, &*

*conceptu tuo, cum dolore paries filios, & ad virum tuum desiderium tuum,*

*& ipse dominabitur in te.*

Et mulieri dixit multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitus tuos et in tristitia paries filios et conversio tua ad virum tuum et ipse tui dominabitur.

(H) Mulieri quoque dixit multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos in dolore paries filios et sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui.

**Mulier dixit: „Multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos: in dolore paries filios, et ad virum tuum erit appetitus tuus, ipse autem dominabitur tui.“**

**Zum Weibe sprach er: „Viel, viel machen werde ich deinen Schmerz und deine Schwangerschaft, mit Schmerzen wirst du Kinder gebären.**

**Nach deinem Manne ist dein Verlangen, und er herrscht über dich.“**

**Zum Weibe sprach er: Mehren, mehren werde ich deine Beschweris, deine Schwangerschaft, in Beschwer sollst du Kinder gebären. Nach deinem Mann sei deine Begier, er aber walte dir ob.**

17 Adae vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tuae, & comedisti de ligno, ex quo praeceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comodes ex ea cunctis diebus vitae tuae.

*Et homini ait: Quia paruisti voci uxoris tuae, & comedisti ex arbore quam praecepi tibi dicendo, non comedes ex ea; maledicta terra propter te. In labore comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae.*

(K) Et tunc dixit deus ad Adam quia exaudisti vocem mulieris tuae et manducasti ex illa arbore de qua sola praeceperam tibi ne manducares

maledicta terra erit in omnibus operibus tuis in tristitia et gemitu edes  
ex ea omnibus diebus vitae tuae.

(E) Adae autem dixit quoniam audisti vocem uxoris tuae et edisti de ligno  
de quo praeceperam tibi ex illo solo ne ederes ex eo edisti maledicta terra  
in operibus tuis in maeroribus manducabis eam omnes dies vitae tuae.

(H) Ad Adam vero dixit quia audisti vocem uxoris tuae et comedisti de ligno  
ex quo praeceperam tibi ne comederes maledicta terra in opere tuo  
in laboribus comedes eam cunctis diebus vitae tuae.

**Adae vero dixit: „Quia audisti vocem uxoris tuae et comedisti de ligno,  
ex quo praeceperam tibi, ne comederes, maledicta humus propter te!  
In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae.”**

**Und zum Menschen sprach er: Weil du gehört hast auf die Stimme  
deines Weibes und gegessen hast von dem Baume, von dem ich dir  
also geboten habe: Du sollst nicht von ihm essen! – verflucht [sei]  
die Adama um deinetwegen, mit Schmerzen sollst du davon essen,  
alle Tage deines Lebens.**

**Zu Adam sprach er: Weil du auf die Stimme deines Weibes gehört hast  
und von dem Baum gegessen hast, den ich dir verbot, sprechend: Iss  
nicht davon!, sei verflucht der Acker um deinetwillen, in Beschwer sollst  
du von ihm essen alle Tage deines Lebens.**

18 Spinās & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terrae.

*Et spinam & tribulum germinabit tibi, & comedes herbam agri.*

(K) Spinās et tribulos eiciet tibi et edes pabulum agri.

(E) Spinas et tribulos generabit tibi et manducabis faenum agri.

(H) Spinas et tribulos germinabit tibi et comedes herbas terrae.

**Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbas terrae.**

**Dorn und Distel wird sie dir wachsen lassen, und du issest  
das Kraut des Feldes.**

**Dorn und Stechstrauch läßt er dir schießen, so iss denn das Kraut des  
Feldes!**

19 In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua  
sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

*In sudore vultus tui vesceris pane, usque reverti te in terram, quia  
ex ea sumptus es: nam pulvis tu, & in pulverem reverteris.*

In sudore vultus tui edes panem tuum donec revertaris in terram de qua  
sumptus es quoniam terra es et in terra(m) ibis.

(H) In sudore vultus tui vesceris pane donec revertaris in terram de qua  
sumptus es quia pulvis es et in pulverem reverteris.

**„In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris ad humum,  
de qua sumptus es, quia pulvis es et in pulverem reverteris.“**

**Um den Schweiß deines Angesichtes wirst du Brot essen, bis du  
zurückkehrst zur Adama, denn von ihr bist du genommen, denn  
Staub bist du und zum Staube kehrst du wieder.**

**Im Schweiß deines Antlitzes magst du Brot essen, bis du zum Acker  
kehrst, denn aus ihm bist du genommen. Denn Staub bist du, und zum  
Staub wirst du kehren.**

20 Et vocavit Adam nomen uxoris suae, Heva: eo quod mater esset cunctorum viventium.

*Et vocavit homo nomen uxoris suae Chavvah, quia ipsa fuit mater omnis viventis.*

(C) Et tunc Adam imposuit nomen uxori suae Vita quia mater est omnium vivorum.

(I) Et vocavit Adam nomen uxoris suae Vita(m) quoniam ipsa est mater omnium viventium.

(H) Et vocavit Adam nomen uxoris suae Hava eo quod mater esset cunctorum viventium.

**Et vocavit Adam nomen uxoris suae Eva, eo quod mater esset cunctorum viventium.**

**Da nannte Adam den Namen seines Weibes Ḥawwa, denn sie wurde die Mutter alles Lebenden.**

**Der Mensch rief den Namen seines Weibes: Chawwa, Leben! Denn sie wurde Mutter alles Lebendigen.**

21 Fecit quoque Dominus Deus Adae & uxori eius, tunicas pelliceas; & induit eos.

*Et fecit Dominus Deus homini & uxori eius tunicas pellis, & induere fecit eos.*

(C) Et tunc (I) et fecit dominus deus Adae et mulieri eius tunicas pelliceas et induit (L,I) (C) illos (I) eos.

(H) Fecit quoque dominus deus Adam et uxori eius tunicas pelliceas  
et induit eos.

**Fecit quoque Dominus Deus Adae et uxori eius tunicas pelliceas  
et induit eos.**

**Und ER, Gott, machte dem Menschen und seinem Weibe Leibbröcke  
und kleidete sie ein.**

**ER, Gott, machte Adam und seinem Weibe Röcke aus Fell und kleidete  
sie.**

22 Et ait: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum:

Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitae, &  
comedat, & vivat in aeternum.

*Et dixit Dominus Deus: Ecce homo fuit(?) sicut unus ex nobis, ad sciendum  
bonum & malum, et nunc ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de  
arbore vitae, & comedat, et vivat in saecula.*

(C) Et dixit ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis ad scientiam  
cognoscendi bonum et malum et tunc ne porrigeret manum suam Adam  
ad arborem vitae et sumeret sibi inde et ederet et viveret (L) in aeternum.

(I) Et dixit deus (E) ecce Adam factus est quasi unus ex nobis ut sciat  
bonum et malum et nunc ne (ali)quando extendat manum et sumat de ligno  
vitae et edat et vivat (L) in aeternum.

(H) Et ait ecce Adam factus est quasi unus ex nobis sciens bonum et malum  
nunc ergo ne forte mittat manum suam et sumat etiam de ligno vitae et  
comedat et vivat in aeternum.

**Et ait Dominus Deus: „Ecce homo factus est quasi unus ex nobis, ut sciat bonum et malum; nunc ergo, ne mittat manum suam et sumat etiam de ligno vitae et comedat et vivat in aeternum!“**

**Und ER, Gott, sprach: Siehe, Adam ist geworden wie einer von uns, zu erkennen Gut und Böse; und nun: daß er nicht gar seine Hand ausstrecke und auch vom Baume des Lebens nehme und esse und ewig lebe!**

**ER, Gott, sprach: Da, der Mensch ist geworden wie unser einer im Erkennen von Gut und Böse. Und nun könnte er gar seine Hand ausschicken und auch vom Baum des Lebens nehmen und essen und in Weltzeit leben!**

23 Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est.

*Et emisit eum Dominus Deus de horto Heden ad colendam terram, de qua sumptus est.*

[Et] dimisit illum dominus deus de paradiso suavitatis ut operaretur terram (C) de qua et sumptus fuerat (A) ex qua sumptus est.

(H) [Et] emisit eum dominus deus de paradiso voluptatis ut operaretur terram de qua sumptus est.

**Emisit eum Dominus Deus de paradiso Eden, ut operaretur humum, de qua sumptus est.**

**Und ER, Gott, schickte ihn fort aus dem Garten Eden, die Adama zu bearbeiten, von der er genommen war.**

**So schickte ER, Gott, ihn aus dem Garten von Eden, den Acker zu bedienen, daraus er genommen war.**

24 Eiecitque Adam: & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitae.  
*Et eiecit hominem, & collocavit ab oriente ad hortum Heden Cherubim, & aciem gladii flammei (?) ad custodiendam viam arboris vitae.*

(C) Et eiectus foras de paradiso moratus est contra paradisum voluptatis et cherubim et illam flammeum frameam quae versatur posuit deus ad custodiendam viam arboris vitae.

(I) Et eiecit Adam et conlocavit eum contra paradisum voluptatis et posuit cherubim et flammeum romphaeam versatilem custodire viam ligni vitae.

(H) Eiecitque Adam et collocavit ante paradisum voluptatis cherubin et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae.

**Eiecitque hominem et collocavit ad orientem paradisi Eden cherubim et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae.**

**Und ER hieß den Menschen von dannen gehen und setzte mit Vollmacht östlich vom Garten Eden die Cherubim oder die Flamme des wirbelnden Schwertes, zu bewachen den Weg zum Baume des Lebens.**

**ER vertrieb den Menschen und ließ vor dem Garten von Eden ostwärts die Cheruben wohnen und das Lodern des kreisenden Schwerts, den Weg zum Baum des Lebens zu hüten.**